Stuttgt. LB. Fragm. 76

[pr]aecingere et calcia te caligas tuas. Et fecit
sic. Et ait illi: circumda tibi uestimentum tuum et
sequere me. Et exiens sequebatur eum.
et nesciebat quia uerum est quod fiebat
per angelum. Aestimabat autem se uisum
uidere. Transeuntes autem primam et secundam
custodiam uenerunt ad portam ferream
que ducit ad ciuitatem. que ultro aper
ta est eis. Et exeuntes processerunt uicum
unum. et continuo discessit angelus ab eo.
Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc
scio uere quia misit dominus angelum suum.
et eripuit me de manu herodis. et de omni
expectatione plebis iudeorum. Conside
ransque. uenit ad domum marie matris
iohannis qui cognominatus est marcus.
ubi erant multi congregati et orantes.
Pulsante autem eo ostium ianue. processit
puella ad audiendum nomine rhode. Et ut
cognouit uocem petri pre gaudio non aperuit
ianuam. At illi dixerunt ad eam. Insa
nis. Illa autem affirmabat sic se habere.
Illi autem dicebant. Angelus eius est. Petrus
autem perseuerabat pulsans. Cum autem ape
ruissent ostium. uiderunt eum et obstu
puerunt. Annuens autem eis manu ut ta
cerent. narrauit quomodo dominus eduxis
set eum de carcere. Dixitque. nuntiate
iacobo et fratribus haec. Et egressus abiit in alium
locum.

Facta autem die erat non parua turbatio
inter milites quidnam de petro factum
esset. Herodes autem cum requisisset eum
et non inuenisset. inquisitione facta de
custodibus iussit eos duci. Descendensque
a iudea in caesaream ibi commoratus est.
Erat autem iratus tyriis et sydoniis. At illi
unanimes uenerunt ad eum. et persua
dentes blasto qui erat super cubiculum
regis postulabant pacem eo quod ale
rentur regiones eorum ab illo. Statuto autem
die herodes uestitus ueste regia sedit
pro tribunali et contionabatur ad eos.
Populus autem adclamabat dei uocem et non
hominis. Confestim autem percussit eum
angelus domini eo quod non dedisset hono
rem deo. et consumptus a uermibus expira
uit. Verbum autem domini crescebat et mul
tiplicabatur.

Barnabas autem et saulus reuersi sunt
ab hierosolimis expleto ministerio.
Adsumpto iohanne qui cognominatus est
marcus. Erant autem in ecclesia que erat
[illegible] et doctores. in quibus
Consenserunt [illegible]
cessis denum [illegible] cyrenensis et manaen
[illegible] herodis tetrarche conlactaneus.
Et saulus. Ministrantibus autem illis domino
et ieiunantibus. dixit illis spiritus sanctus. Segre
gate mihi barnabam et saulum in opus

quod adsumpsi eos. Tunc ieiunantes et oran
tes imponentesque eis manus dimiserunt illos.
Et ipsi quidem missi a spiritu sancto abierunt se
leuciam. et inde nauigauerunt cyprum.
Et cum uenissent salamina praedicabant
uerbum dei in sinagogis iudeorum. Habebant
autem et iohannem in ministerio. Et cum peram
bulassent uniuersam insulam usque ad pa
phum. inuenerunt quendam uirum ma
gum pseudoprophetam iudeum cui nomen
erat bariesu. qui erat cum proconsule sergio
paulo uiro prudente. Hic accersitis bar
naba et saulo. desiderabat audire uer
bum dei. Resistebat autem illis elimas magus
sic enim interpretatur nomen eius querens
auertere proconsulem a fide. Saulus autem
qui et paulus repletus spiritu sancto intuens in eum
dixit. O plene omni dolo et omni fallacia
fili diaboli. inimice omnis iustitie. non de
sinis subuertere uias domini rectas. Et nunc
ecce manus domini super te et eris caecus. non uidens
solem usque ad tempus. Et confestim
cecidit in eum caligo tenebre. et circuiens
querebat qui ei manum daret. Tunc procon
sul cum uidisset factum credidit. ammirans
super doctrinam domini.

Et cum a papho nauigassent paulus et qui
cum eo erant. uenerunt pergen pamphilie.
Iohannes autem discedens ab eis reuersus est hiero
solimam. Illi uero pertranseuntes pergen ue
nerunt antiochiam pisidie. et ingressi
synagogam die sabbatorum sederunt.
Post lectionem autem legis et prophetarum mise
runt principes synagoge ad eos dicentes.
Viri fratres si quis est in uobis sermo exortationis
ad plebem dicite. Surgens autem paulus
et manu silentium indicans ait. Viri isra
helite et qui timetis deum audite. Deus plebis
israhel elegit patres nostros et plebem exaltauit
cum essent incole in terra aegypti. et in bra
chio excelso eduxit eos ex ea. et per qua
draginta annorum tempus mores eorum sustin
uit in deserto. et destruens gentes septem
in terra chanaan sorte distribuit eis terram eorum
quasi post quadringentos et l annos.
Et post haec dedit iudices usque ad samuhel
prophetam. et exinde postulauerunt regem
et dedit illis deus saul filium cis. uirum de
tribu beniamin. annis xl. Et ammoto
illo suscitauit illis dauid regem. cui et testi
monium perhibens dixit. Inueni dauid
filium iesse uirum secundum cor meum qui
faciet omnes uoluntates meas. Huius deus
ex semine secundum promissionem eduxit israhel
saluatorem iesum praedicante iohanne ante faciem
aduentus eius baptismum poenitentiae omni
populo israhel.

Cum impleret autem iohannes cursum suum dicebat.
Quem me arbitramini esse non sum ego.
sed ecce uenit post me cuius non sum dignus

Stuttgt. LB. Fragm. 76 Act. 12,8-13,25 f. 2v

Cod. fragm. 76

a diabolo quoniam deus erat cum illo. Et nos testes
sumus omnium [illegible]
[illegible]
[illegible]
et dedit eum manifestum fieri non omni populo
sed testibus praeordinatis a deo. Nobis qui
manducauimus et bibimus cum illo post
quam resurrexit a mortuis. Et praecepit
nobis praedicare populo et testificari quia
ipse est qui constitutus est a deo iudex uiuorum
et mortuorum. huic omnes prophetae testimo
nium perhibent remissionem peccatorum
accipere per nomen eius omnes qui credunt
in eum. Adhuc loquente petro uerba haec
cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant
uerbum. Et obstipuerunt ex circumcisio
ne fideles qui uenerant cum petro. quia
et in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audie
bant enim illos loquentes linguis et magni
ficantes deum. Tunc respondit petrus.
Numquid aquam quis prohibere potest
ut non baptizentur hi qui spiritum sanctum accepe
runt sicut et nos. Et iussit eos in nomine ihesu
christi baptizari. Tunc rogauerunt eum
ut maneret apud eos aliquot diebus.
Audierunt autem apostoli et fratres
qui erant in iudea quia et gentes recepe
runt uerbum dei. Cum autem ascendisset pe
trus hierosolimam. disceptabant aduersus
illum qui erant ex circumcisione dicentes.
Quare introisti ad uiros praeputium habentes
et manducasti cum illis. Incipiens autem
petrus exponebat illis ordinem dicens.
Ego eram in ciuitate ioppe orans. et ui
di in excessu mentis uisionem. Descendens
uas quoddam uelut linteum magnum quat
tuor initiis submitti de celo et uenit usque
ad me. In quo intuens considerabam
et uidi quadrupedia terrae et bestias et
reptilia celi. Audiui autem et uocem dicentem
mihi. Surge petre occide et manduca.
Dixi autem. Nequaquam domine quia commune
aut inmundum numquam introiuit in os
meum. Respondens autem uox de caelo secundo
dixit. Quae deus mundauit tu ne commune
dixeris. Hoc autem factum est per ter. et recep
ta sunt rursum omnia in celum. Et ecce con
festim tres uiri astiterunt in domo in qua
eram missi a cesarea ad me. Dixit autem spiritus
mihi ut irem cum illis. nihil haesitans. Vene
runt autem mecum et sex [illegible] et ingressi su
mus in domum uiri. Narrauit autem nobis
quomodo uidisset angelum in domo sua stan
tem et dicentem sibi. Mitte in ioppen [illegible]
[illegible]
trus qui loquitur tibi uerba in quibus sal
uus eris tu et uniuersa domus tua. Cum
autem coepissem loqui. cecidit spiritus sanctus super eos
sicut et in nos in initio. Recordatus sum autem
uerbi domini sicut dicebat. Iohannes quidem bap

tizauit aqua. uos autem baptizabimini
spiritu sancto. Si ergo eandem gratiam [illegible] ded[illegible]
[illegible]
ihesum christum ego qui [illegible]
re deum. His auditis [illegible] et glori
ficauerunt deum dicentes [illegible] et gentibus
deus paenitentiam ad uitam [illegible].
Et illi quidem qui dispersi fuerant a tri
bulatione quae facta fuerat sub ste
phano. perambulauerunt usque foenice
et cyprum et antiochiam. nemini loquen
tes uerbum nisi solis iudeis. Erant autem
quidam ex eis uiri cyprii et [illegible]
qui cum introissent antiochiam loque
bantur ad grecos adnuntiantes dominum ihesum.
Et erat manus domini cum eis. multusque nume
rus credentium conuersus est ad dominum.
Peruenit autem sermo ad aures ecclesiae quae
erant hierosolimis super istis. et miserunt
barnaban usque ad antiochiam. Qui cum
uenisset et uidisset [illegible] gauisus est.
et hortabatur omnes proposito cordis mane
re in domino. quia erat uir bonus et plenus spiritu
sancto et fide. Et apposita est turba multa
domino. Profectus est autem tharsum ut quae
reret saulum. quem cum inuenisset per
duxit antiochiam. et annum totum con
uersati sunt in ecclesia et docuerunt turbam
multam. Ita ut cognominarentur primum
antiochiae discipuli.
In his autem diebus superuenerunt ab hierosoly
limis prophetae antiochiam. et surgens
unus ex eis nomine agabus significabat per
spiritum famem magnam futuram in uniuerso
orbe terrarum. quae facta est sub clau
dio. Discipuli autem prout quis habebat
proposuerunt in ministerium mittere habi
tantibus in iudea fratribus. quod et fecerunt mit
tentes ad seniores per manus barnabae
et sauli.
Eodem autem tempore misit herodes rex
manus ut adfligeret quosdam de ecclesia.
Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio.
Videns autem quia placeret iudeis. apposuit
adprehendere et petrum. Erant autem dies
azimorum. quem cum adprehendisset misit
in carcerem. Tradens quattuor qua
ternionibus militum custodiendum
uolens post pascha producere eum populo.
Et petrus quidem seruabatur in carcere.
Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia
ad deum pro eo. Cum autem producturus eum esset
herodes in ipsa nocte erat petrus dor
miens inter duos milites [illegible]
[illegible]
bant carcerem. Et ecce [illegible]
et lumen refulsit in habitaculo [illegible]
cussoque latere petri excitauit [illegible]
Surge uelociter. Et ceciderunt [illegible]
manibus eius. Dixit autem angelus ad [illegible]

Stuttgt. LB. Fragm. 76

Act. 10,38-12,8

f. 2r